

vissem, quas miseratis scaedulas vestris quaternionibus elapsae, stupentis animum stimulis immanibus adegerunt. Et textus quidem earum serie inmodice sum allectus¹, meae vero tum inertiae, tum incuriae eotenus² pertesus, ut pene impos animi sales Horatianae³ facetiae⁴ in me meamque desidiam fellita⁵ dicacitate contorserim: 'O numerus tantum et fruges consumere nate'. Quippe impendio⁶ veritus sum, nec adhuc vereri desisto, luculentissimum illum simplicissimumque pectoris vestri radium tanta mihi serenitate compertum, hoc quasi quodam simultatis⁷ fomite offensum iri⁸ atque nonnullam hic in me ansam patuisse calumniae⁹, dum quod accidit non stolidissimae¹⁰ mentis eludio¹¹, verum nequitiae reputabatur ac tumori. Cuius¹² apud amicos foedissimo inspergi nevo¹³ quam capitaliter reformidem, solius eius nitor testimonio, qui id genus vitii cum in refugo angulo puniendum, cum ab philosophant¹⁴. 254. tium¹⁴ quoque animis edicto censuit abdicandum. Eapropter censuram prudentiae vestrae susque deque ferre ne¹⁵ ut quam potui, quin in ipso paene meae profectionis articulo manum calamo inicerem, atque praeterquam audendum fuerat viro undecunque facundissimo obtentu apologiae ingenitae¹⁶ hebetudinis¹⁷ atque inediae meae maciem impudentius publicarem. Quicquid ergo illud fuit, quod inter nos decus officii paene infecit, mea noxa, mea fuit inertia. Ego certe improvidus negotii, incautus periculi, ut in admissio reus, in satisfactionis quoque impendia¹⁸ perinde sum paratus. Exonerate, quaeso, verecundiam meam et inusti¹⁹ reatus notam ultro praeferenti indulgentissimum vos praebete, nec supercilio aut nequam oculo ascribite, quod ignorantia delictum constat. Sapientem quippe et probum quemque, ut fert priscorum sententia, dexteriora²⁰ potius sensisse decet. Credo vero, nec vana fides²¹, quae nostra sunt, non verbis solum, verum operibus prope diem vos persensurum. Interim valetote votis amicorum ac nostris in dies successu iucundiore fortunatior²².

1) Am Rande: 'delectatus ab allego, idest aliquid cum delectatione intimo'. 2) Uebergeschr. 'eo usque vel in tantum'. 3) Verb. aus 'horatio'. 4) Hor. Ep. I, 2, 21. 5) Verb. aus 'fellito'. 6) Gl. 'multum'. 7) Gl. marg. 'simultas . fictio' am äusseren Rand und nicht ganz sicher. 8) Gl. 'offensurum esse'. 9) 'calumniam' Hs. 10) 'stolidissime' verb. 'me' Hs. 11) Gl. 'eludium ipsa delusio'. 12) 'Cui' Hs. 13) Gl. 'macula'. 14) Von f. 25' an wieder die erste Hand. 15) Am Rande 'nec'. 16) Gl. 'naturalis'. 17) Gl. 'stoliditatis'. 18) Gl. 'sumptus'. 19) Gl. 'impressi'. 20) Gl. 'meliora'. 21) Aen. IV, 12. 22) Von derselben Hand folgt: 'Panteon omnium deorum. Politeia multorum vel plurimorum deorum . fonascus (aus 'iscus' verb.) medicina vocis. Monarchia singularis principatus et monarchus singularis princeps'.